



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

88. An Confessarius, qui per Bullam Cruciatæ habet potestatem
commutandi vota, possit illa dispensare? Ex p. 1. tr. 11. res. 42.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76369)

tr. 2. claus. 9. §. 2. n. 30. qui citat Rodriguez in addit. ad Bull. 4. §. n. 1. 1. Et ratio est, quia cum sint duo vincula specie diversa, nec vnum ab alio dependeat, for- tiora sunt vno solo, quod privilegium Bullæ concedit; ergo, &c.

RESOL. LXXXVI.

An Confessarius per Bullam Cruciatam possit commutare votum penale quoad penam pecuniariam ex eius fractione incensam? Ex p. 1. tr. 1. 1. Ref. 46.

§. 1. Negativam sententiam docuit Azorius part. 1. lib. 1. cap. 18. §. 1. in fine, & magis expressè Serrus in clavi regia, lib. 6. cap. 12. num. 20. cum aliis; quia illud est commutare penam ex illius fractione debitam; sed Bulla Cruciatæ solius voti commutationem indulgeret; ergo, &c.

1. Hæc opinio est probabilis: sed contrariam probabiliorem esse existimo cum Raphaële de la Torre in 2. tom. 2. quest. 88. art. 1. 2. disp. vit. num. 4. Sanchez in sum. tom. 1. lib. 4. c. 51. n. 9. qui citat Suarez de relig. tom. 2. lib. 6. cap. 1. num. 19. cui ego addo Leonem de Iubil. p. 2. q. 12. n. 74. Homobonum de exam. Eccl. p. 1. tract. 1. c. 6. q. 16. Maldertum in 2. 2. tract. 10. c. 5. dub. 11. Filliucium tom. 2. tract. 16. cap. 10. num. 295. Ioan. de la Cruz in direct. conf. p. 1. Præcept. 2. art. 2. dub. 10. conc. 3. Villalobos in sum. tom. 1. tract. 27. claus. §. 3. num. 32. vbi sic ait: [Tambien se puede por la Bula de la Cruzada commutari la pena en que se incurre; por quebrar el voto penal, como si vno jurd. de no jugar, y si jugasse de dar tal limosna, diziendo so pena de dar tal limosna, porque à quella pena se deve por via del voto, y como el Pontifice concede facultad à cerca de los votos, tambien la concede en estas penas.] Vnde patet responsio ad argumentum contrarie opinionis; nam dicimus, quod illa pena non debetur, nisi ex vi voti, quod à principio obligavit ad illam; ergo facultas per Bullam Cruciatæ concessa ad commutandum illud votum, extenditur etiam ad penam incurram ob violationem ipsius. Et hæc sententia procedit, etiam si Pontifex commutaverit votum, iubendo partem penæ solvi: nam potest etiam dicta pars commutari.

RESOL. LXXXVII.

An Confessarius per Bullam Cruciatam possit commutare votum emissum in favorem tertij, ut v. g. vouit Petrus dare Calicem pro Sacello B. Andreae, aut certo pauperi elemosinam, &c? Et quid, si huiusmodi votum fuerit à Præposito Ecclesie, vel paupere acceptatum? Ex p. 1. tract. 1. 1. Ref. 47.

§. 1. Respondo affirmatiuè cum Suarez tom. 2. de relig. lib. 6. cap. 15. num. 11. & Sanchez in sum. tom. 1. lib. 4. c. 41. num. 9. Leone de Iubil. part. 2. q. 12. n. 74. Filliucium tom. 2. tract. 26. c. 9. num. 257. Ioan. de la

Cruz in direct. conf. p. 1. Præcept. 2. art. 2. dub. 10. concl. 2. Et ratio est, quia tale votum non tribuit vllum ius illi Ecclesie, seu pauperi: ergo poterit illud Confessarius commutare.

2. Secus autem, si huiusmodi votum fuerit à Præposito Ecclesie, vel paupere acceptatum; nam ita acquisissent ius per acceptionem. Vel secundum aliquos, si votum dirigitur in Sanctum, cui dicatur Ecclesia: vt Promitto B. Andreae, me daturum eius Ecclesie vnum calicem.

Sed hæc limitationem rectè impugnat Sanchez vbi supra, n. 12. Suarez n. 10. cum Lessio lib. 2. c. 40. dub. 11. n. 99. & Bartholomæus à S. Fausto in thes. relig. lib. 4. q. 52. cum aliis.

RESOL. LXXXVIII.

An Confessarius, qui per Bullam Cruciatam habet potestatem commutandi vota, possit illa dispensare? Ex p. 1. tr. 1. 1. Ref. 42.

§. 1. Minimè, respondet Fernandez in exam. Theol. mor. p. 3. c. 9. sect. 2. §. 17. n. 6. Et ratio est: quia maior potestas requiritur ad dispensandum, quam ad commutandum. Et ita etiam docet Portel in addit. ad dub. reg. verb. voti commutatio, n. 46. Villalob. in sum. tom. 1. tract. 17. claus. §. 5. n. 28. Homobonus de exam. p. 1. tract. 5. c. 6. q. 40. & alij.

RESOL. LXXXIX.

An votum penale Religionis, seu Castitatis sit per Bullam dispensabile, & non solum ante, sed post completam conditionem? Et an Episcopi talia vota possint etiam commutare, & dispensare. Ex part. 1. tract. 11. Ref. 53.

§. 1. Vidquid in contrarium asserat Acosta in Bull. q. 73. & alij, affirmatiuè respondet Sanchez de matr. tom. 3. lib. 8. disp. 15. n. 8. qui citat plures Doctores, quibus ego addo Nugnum in 3. p. tom. 2. tract. de Bull. §. 11. Ioan. de la Cruz in direct. conf. p. 1. præcept. 2. art. 2. dub. 10. concl. 4. in fin. Fernandez in exam. Theol. mor. p. 3. c. 9. sect. 2. §. 17. num. 9. Villalobos in sum. tom. 1. tract. 27. claus. §. 3. num. 42.

2. Dico igitur, per Bullam Cruciatam posse Confessarium commutare vota penalia, non solum ante, sed etiam post impletam conditionem. Et ratio est, quia votum penale, etiam post impletam conditionem, deficit valde à perfecta voti Religionis, & Castitatis natura, ratione cuius perfectionis referretur tale votum; vouens enim in tali casu non eligit votum; vt tale est, sed potius eius timore, & odio voluit deterreri, ne delictum admitteret, quod vitare proposuit. Et idè Episcopi talia vota etiam commutare, & dispensare possunt, vt docet Less. lib. 2. c. 40. dub. 18. n. 130. Maldert. in 2. 2. tr. 10. c. 5. dub. 10. Gomez in Bull. Cruc. caus. 10. n. 99. & Henricq. lib. 7. c. 10. n. 6. in Glossa lit. A: vbi citat multos Doctores, & præsertim aliquos Magistros Salmanticenses.

Idem etiam docet Sanchez vbi supra, disp. 10. n. 8. quidquid in contrarium asserat Azorius part. 1. lib. 11. n. 15. q. 3. & c. 19. q. 13. cum Gutierrez q. 99. cardon. lib. 2. c. 22. n. 50. & 51. Vide etiam Filliucium tom. 2. tract. 26. cap. 10. num. 271. & Zanardum in direct. Theol. part. 2. cap. 3. 2.

RESOL. XC.

An supra dicta doctrina procedat etiam in votis conditionalibus

similem doctrinam in Ref. 70. & signanter inf. in tr. 4. Ref. 30. §. vlt. sord. q. 2. sord. q. 2. sord. q. 2.

Quamvis non plene sup. hoc à contrario sensu in 1. q. 3. tr. 2. lege doct. Ref. 70. & in 1. q. 8. tr. 4. Ref. 78. §. 2. ad medium.

Sup. hoc leg. doct. veri. nor. leg. & in tem. 7. tr. 1. Ref. 267. ex eiusdem doctrina §. Sed ego, ad medium, veri. Vnde, & lege inf. §. 1. Ref. leg.

Sup. hoc in tom. 3. tr. 4. Ref. 78. cur- sim prope finem, à veri. Vnde, & in aliis eius annot. & hic infr. lege §. vlt. Ref. leg.